

missio pecuniæ expressa, aut aliqua promissionis suspicio
aut tacita conventio, aut spes aliqua recipiendi &c. Prosp.
Farinacius in Q. CXI. num. 213. Non vero tanta mihi vide-
tur ratio & limitatio à Menochio & aliis allegata, quod scil.
post sententiam latam cesseret suspicio & corruptionis causa,
ut affirmantium opinioni assentiar, sed ratio non minus,
quam leges expressæ me urgent contrariam tueri opinio-
nem, & licet inficiari nolim, quidem corruptionis suspicio
& præsumptio cesseret ratione sententia latæ & litigii antea
finiti, crescat tamen illa ratione litis futuræ, ut officialis ob
remunerationem antea præstitam inde alliciatur, ut intuitu
futuri commodi sententia potius in diyitis favorem contra
pauperem, à quo nihil remunerationis causa sperandum,
feratur, & sic causa & occasio detur peccandi & delinquendi
confer. Dn. Struv. in Syntagm. juris civilis Exerc. 49. Th. 73. Antbor-
nius Matthæus de crim. ad tit. de crim. rep. 8. c. 1. n. 8. qui enim
remunerationis premium expectat, fraudem in Deum per-
petrat C. qui recte 11. caus. 66. quest. 3. quod quoque leges ex-
pressæ contrariae confirmant dum in l. f. C. ad L. J. R. expres-
sis verbis dicatur, nihil penitus, tam in administratione po-
sitos, quam post depositum officium pro aliquo beneficio
accepturos & l. i. §. hoc autem judicium ff. de column, qui ace-
pit pecuniam sive ante sive post judicium acceptum, tene-
tur, generaliter enim sola spes aliquid consequendi potest
corrumpere Magistratum & inducere crimen repetunda-
rum.

SECTIO TERTIA.

TH. I.

Ob nimiam prolixitatem evitandam progredior ad
tertium nostræ dissertationis membrum, exhibens
actiones, quibus crimen barattariæ commissum vel

committendum persequatur & coerceatur, sub vocabulo namque actionis & persecutio continetur 1.34. ff. de V.S. Quod gravius itaque est delictum dolo malo commissum, eo gravius est vindicandum: Severiori poena afficiendi sunt illi judices, qui per fôrdes seu ob pecuniam corrupti, quam qui per imperitiam injuste judicant, reputatur enim hoc crimen in jure & a Dd. gravissimum; & recte hic argumentari licet à minori ad majus, si enim privatorum furta tam parva, quam maxima impunita non debent manere, multo minus furta in officio publico constitutorum, (qui tamen omnibus & undique laudari, ostendi & alias iis subiectos exemplo justitiae & innocentiae antecellere debent) impunita dimittantur, præprimis cum judex justitiam vendens, permutans vel quocunque alio juris velamento pervertens non est DEI, qualis debebat esse, sed Satanæ minister, adeo ut veteres gravissime animadverterent in tales iniquissimos officiales, cuius exemplum nobis exhibet Cambyses, qui Sisamo judici cum per fôrdes inique & injuste judicasset, autem detrahi, in lora conscindi, sellæ intendi, in eaque scilicet ejus judicaturum sedere jussi, ut paternæ poenæ consideratione admoneretur, quid iniquos judices pecunia corruptos maneat, cuius rei meminit Valer. Max. lib. 6. c. 3. in fin. Alexandex Severus, Imperator justissimus, in judices, tales rapaces & fures tam gravi exarsit odio, ut si unquam judicem furem vidisset, paratum haberet digitum, quo illi oculum erueret; Lege quoque duodecim tabularum judices per fôrdes judicantes capite mulctabantur.

II. Verum quoniam non omnibus in casibus tam gravis poena est adhibenda, sed pro varietate delicti & facti qualitate aliquando etiam poena pecuniaria sive mulcta quadruplum sc. dati restituendo est afficiendus judex corruptus

ruptus Nov. 8. cap. 7. quandoque in exilium mittitur, non nunquam in insulam deportatur, aliquando morte prout admiserit, debet puniri l. 7. §. 4. b. s. de qua mortis pœna th. septima sectionis tertiae latius agetur.

III. Datur vero actio & permittitur accusatio hujus criminis illis non tantum, qui suam suorumque prosequuntur injuriam l. 1. & 3. §. 1. ff. de popular. act. sed & cuivis de populo, quoniam lex jul. rep. quæ publici judicii est l. 1. in fin. de publ. judic. hujus generis crimen coerret, quæ cuivis de populo accusandi facultatem concedit §. 1. 3. de publ. judic. l. 1. ff. eod. l. 43. §. 10. ff. de ritu nupt. imo ob atrocitatem hujus delicti per quod ipsa respublica ac communis societas luditur & convellitur, hortantur leges & jubent, ut quilibet hoc crimen accusatione persequatur, victoriam reportatus & premium & gloriam L. 4. C. ad L. 3. R. dummodo revealatam criminis accusationem sufficienter probaverit. Nam caute contra officiales procedendum, hi enim tenentur ex eorum debito & ratione officii delinquentes castigare ac punire quapropter omnibus placere nequeunt, præsumitur enim multo magis pro officiali alias bonæ famæ l. fin. C. ad L. 3. R. l. 2. C. de offic. civil. judic. adeo ut econtrario ea non probata neque honor neque gloria revelanti debeatur d. l. 4. in fin. C. ad L. 1. rep. ibi crimen delatum approbet &c. ubi de probatione hujus delicti aliquid dicendum esset, sed ut tempus & chartam lucrer, supersedebo & pergam in actionum materia explicanda.

IV. Datur vero actio legis repetundarum tam adversus accipientem pecuniam & corruptum, quam dantem & pecuniâ corruptentem, & tenetur eadem pœna corruptens qua corruptus arg. l. 1. pr. ff. de calumn. si namque accipere turpe, & dare quoque turpe erit l. 31. C. de Episcop. & Cler. Nov. 8. c. 8. §. 1. & generaliter pœnæ contra aliquid per barat-

barattariam accipientes statutæ, videntur etiam institutæ contra dantes, licet expresse non dicatur, sunt enim corre-lata corrumpens & corruptus, ut dispositum in uno censem-
atur quoque dispositum in altero, etiam respectu pœnæ, imo dolo malo corrumpens majori debet pœna affici, quam corruptus, ille enim inducit hunc, & dat ansam peccandi ut ita occasio fures faciat arg. l. 30. §. 3. ad L. Aquil. l. 51. ff. eod. Pro diversitate tamen & qualitate delicti, ut quandoque majori, nonnunquam minori afficiatur pœna autb. novo iure C. de pœna jud. qui mal. judic. sunt enim quatuor humana judicia subvertendi & corrumpendi modi; timor, cupiditas, amor & odium c. quatuor. 78. causa 31. quest. 3. caus. 8. quest. 2. can. fin. duobus prioribus timore sc. & cupiditate tantummodo dicitur à parte corrumpente corrumpi, duo vero posterio-
res modi nempe odium & amor, neminem, quam ipsum respiciunt judicem: De prioribus igitur modis hic est sermo, & judex, cum timore corrumpitur, magis pars corrumpens peccat, quam judex corruptus, quis cum duo ad malum concurrant, ille magis peccat, cuius prævalet vo-
luntas, & cuius voluntatem alter sequitur: Hinc est ut ti-
more corruptus excusatur si deliquerit ceu videre est in l. 8.
C. ad L. Jul. de vi publ. & priv. ubi Dominus cum jubet servo ut aliquem occidat, adhibita comminatione, quod si non occidat, ipse interficietur, si servus timore compulsus ho-
miciidium perpetrat, excusatur, licet non in totum tamen in tantum l. 2. §. 1. de noxal. act. Cupiditate vero econtra quando corrumpitur, plus delinquit judex corruptus, quam pars corrumpens quia (1.) cum duo ad unum malum con-
currant, plus peccat, qui sua mala voluntate leges subver-
tere potest, quam corrumpens (2.) quia majus peccatum est vendere rem alienam, quam emere vendere enim rem alienam, est contra venditionis naturam, cum econtra

semper quæ non nostra sunt, sed aliena emimus, & licet judex utroque casu cum timore vel cupiditate corruptus judicat, peccat, plus tamen peccat, quando cupiditate quam si timore inductus injuste judicet, propria enim voluntate per cupiditatem se patitur corrumpi.

V. Corrumpe[n]s vero judicem tenetur pœna falsi & relegationis ad tempus l. 21. ff. ad L. Corn. de fals. l. 1. §. 2. cod. quæ tamen pœna arbitraria est l. 7. §. 3. b. t. scil. quoad pœnam corporis afflictivam, quoad pecuniariam vero illa in genere semper manet certa, punitur enim (1.) amissione causæ, in quajus sovet l. 1. voc. amittit actionem C. de pœnajudicis qui male judicavit. si sc. sit actor, & defensionis, si reus, vocabulo enim actionis in d. l. comprehenditur quoque defensio (2.) quod dedit non repetit l. 3. de condic[ti]o[n]e ob turp. cauf. (3) sententia est ipso jure nulla l. 7. C. quando provocare non est necesse l. uit. C. de pœn.judic. qui mal. judic. l. 15:ff. de judic. quod verum quoque manet & procedit, licet sententia justa & æqua fuerit, modo pretio sit impetrata can. non licet 71. cauf. q. 3. Et can. vendentes 10. cauf. l. q. 3. vel spe aliquid recipiendi judex sententiam tulerit: Perpetrat enim fraudem in Deum qui remunerationis premium expectat can. qui recte 66. cauf. II. quest. 3. & sola spes aliquid consequendi in Magistratu inducit crimen repetundarum, quod tamen ut sententia ipso jure sit nulla, procedit, si unus judex solus tulerit sententiam, si vero plures fuerint officiales, qui conjunctim sententiam tulerunt, & unus ex his fuerit corruptus, sententia non est ipso jure nulla, sed rescindi debet.

VI. Et punitur non tantum, qui actu ipso corripit, sed & ille, qui judicem corrumpere tentavit, licet non acceptaverit corruptionem officialis l. 1. §. 2. ibi corru[m]pendum vecuraverit ff. ad L. Corn. de falsis modo tentatio talis in aliqualem actum producta fuerit, & per tentantem non fecerit,

terit, quin corrumperet, veluti si pecuniam obtulerit quidem, sed officialis recusaverit, tali enim casu corruptio & actus corruptionis a parte pecuniam offerentis est perfectus, quia dum tentare curavit fecit, quod potuit, ut judex corrumperetur *l. 34. ff. de jure fiscil. 3. ff. de calumn.* quamdiu vero cogitaverit tantum de corruptione, ita ut ad nullam pervenerit actum, pœnati non patitur *l. 18. ff. de pœnis.*

VII. Officialis in casu civili lege repetundarum damnatus privatur dignitate & officio, non enim sibi judices de eo honore blanditi debent, quo se ipsos indignos judicaverunt *l. 12. C. de dignit.* notatur infamia *l. 2. de pœn. judic. qui male judic. verb. æstimationis, dispensii &c.* adeo ut neque testimonium ferre neque postulare *l. 6. §. 1. ff. ad L. jul. rep.* neque in futurum alium dignitatis gradum consenseret queat. *l. 12 C. de dignit.*

VIII. Desuper tenetur judex pecunia corruptus ad expensas & damnum per litigatorem passum propter ejus corruptionem, imo non tantum ad damnum & interesse, sed & ad æstimationem litis *l. 2. in fin. de pœn. judic. qui mal. judic.* ita ut si judex non habeat, unde solvat, pœna pecuniaria vertatur in corporalem, secundum vulgatum, qui non habet in ære, luat in corpore.

IX. Porro Administrator provinciæ ex hoc criminе, si civiliter agatur, potest conveniri in quadruplum ejus quod accepit *l. 1. in fin. C. ad L. J. Rep.* imo sicut in una persona plures concurrere possunt barattariæ, puta quod officialis ab utraque parte & actore & reo pecuniam accipiat, pœna quoque quadrupli duplatur, ita ut tam ratione dati ab actore, quam ratione dati areo in quadruplum conveniri possit, cumulatis namque delictis cumulari & crescere debent pœnæ.

X. Quod quadruplum vel totum applicatur Fisco,

vel dividitur inter Fiscum & partem læsam, ita ut Fiscus dimidiā partem, & pars læsa, (dummodo ea nihil dederit) alteram dimidiā partem hujus quadrupli accipiat: Applicatur vero totum Fisco tum, si utraque pars dederit & à parte dantum adest turpitudo, quando sponte corrumperi animo pecuniam, quod in dubio præsumitur, dederit l. 20. ff. de accusat. est enim judicium revera publicum l. ult. C. b. t. l. 2. ff. de calumn. si vero à parte dantis cessat turpitude, duplum applicatur Fisco, & duplum parti læsæ, ubi per partem læsam intelligitur is, qui dedit pecuniam: Quando enim alter turpiter dedit non tantum datum repetere nequit, & causa cadit, ac sententia à judice corrupto lata est ipso jure nulla, sed & hoc casu per partem læsam non dans pecuniam, sed is intelligitur, in cuius injuriam & præjudicium pecunia est data & accepta & per consequens sententia iniqua lata, cui quoque debet pars quadrupli dimidia applicari, l. 1. pr. ff. de Calumn.

XI. Competit tamen quadrupli pecuniæ acceptæ pœna tantum intra annum, post annum vero non nisi in simplum & ratione hujus simpli est actio perpetua l. 1. pr. ff. de Calumn.

XII. Tenetur quoque officialis, qui metu, terrore potestatis, vel alio illico modo partes vexando pecuniam à dante extorquet, de concessione l. 4. C. ad l. I. rep. nec obstat quod crimen concussionis sit privatum l. 2. ff. de concus. & in hoc separatum à crimine repetundarum seu publico l. 7. ff. ad L. I. rep. nam Resp. concussio à privato commissa est crimen privatum, si vero committatur ab officiali, Magistratu seu persona publica fit publicum d. l. 2. ff. de concuss.

XIII. Quarum pœnarum juris civilis una aliam non tollit §. ult. J. si quadr. paup. fecisse dicatur sed imponuntur cumulative, pœna enim unius legis non tollit aliam, nisi postea-

posteriori lege addita sit clausula derogatoria: Sic pœna in autb. *Novo jure C. de pena judic. qui mal. judic. non tollit alias pœnas arbitrarias à jure communi in Legem Julianam repetundarum delinquenti impositas. Ex gr. in alleg. autb. constituit pœna in triplum dari & duplum promissi, Lex vero t. C. ad L. J. rep. absolute pœnam constituit quadrupli: Ipsi enim textus simul exhibent distinctionem cum in Autb. Alleg. novo jure &c. proprio loquatur de judice, qui per sordes judicaverit, uti clara sunt verba, cuius pœna est triplum dari, promissi vero duplum restituendum: Lex vero C. b. t. intelligatur non de judice per sordes judicante, sed de provinciæ Administratore qui provinciam nudaverit & in habitatores diripuerit, quod scil. hic teneatur in quadruplum.*

XIV. Sic qui in causis civilibus ob hoc delictum ab officio & dignitate sua moventur simul per consequentiam notantur infamia, imo non tantum notantur infamia, sed infamiam hanc alii adhuc concomitantur effectus ut sc. aliud postea dignitatis gradum descendere, testimonium ferre & postulare nequeant, uti antea dictum & legibus confirmatum.

XV. Simili modo licet quis dignitatem seu cingulum amittat, non tamen propterea liberatur a pœna tripli vel dupli intra annum, & post annum simpli d. autb. novo Iure &c.

XVI. Sic pœna expensarum & damnorum non tollit pœnam criminalem, sed venit emulative cum illis, civilis enim actio & persecutio non tollit criminalem, tendunt si quidem ad diversa nam ratione expensarum & damnorum refundendorum persequitur pars litigans, & iniqua in processu protelatione vexata, quod sibi de jure debetur; Actio vero criminalis est mere pœnalis, & tendit tantum ad pœnam

nam infligendam & talem vel corporalem, capitalem vel etiam pecuniariam pro ratione delicti perpetrari.

XVII. Moribus hodiernis infligitur pœna arbitria extraordinaria, & criminis hujus rei extra ordinem secundum arbitrium judicis vel durius vel mitius secundum delicti qualitatem plecti solent. l. 7. §. 3. ff. ad L. I. rep. Crisius part. 3. cap. 23, num. 18. & seqq. ibique alleg. Autb. adeo ut & capite plectatur officialis d. l. 7. §. 3. pr. ibi neve quis ob hominem &c. ff. b. t. quando scil. judex pecuniam accipit pro necando hominem & pecunia mota innocentem interficit, si vero non pecuniæ sed iracundiæ calore id fecerit, loco pœnæ deportationis quæ olim frequens erat, relegatio vel alia pœna arbitraria locum habet, quapropter etiam textus modo allegatus alternative loquitur, (vel capite plecti vel in insulam deportari) habito respectu ad receptionem vel non receptionem pecuniæ, quod tamen, officialem scil. posse capite plecti, tunc demum est verum, quando scil. pecunia accepta innocentem ad mortem condemnaverit, & mors ipsa secuta fuerit, antequam enim dictetur pœna, de corpore delicti constet, necesse est l. i. §. 24. ad Sctum Silan. morte vero non secuta, pœna est mitiganda, quia effectu non secuto affectus eadem pœna scil. ordinaria ac si mors ipsa secuta fuisset, non punitur, sed extraordinaria arbitraria, exilio, relegatione vel duriori vel mitiori pro qualitate delicti, personarum &c.

XVIII. Et hæc sunt quæ de criminis hujus plus nimio usitati materia dicere & proferre volui, quæ quidem exactius multo & elegantius tradi potuisse lubent concedo, verum ob exiguitatem eorum, quæ ex juris nostri textibus praesenti materiae accommodari & aptari potuerunt, te, Lector benevole mihi veniam concessarum confido ubique erravero, correctioni melius sentientis, ut me laborem

tem calamo corrigat charitativo, hallucinantem erigat, ignorantemque erudiat, me subjicio.

XIX. Interim caveant sibi illi, qui subditis regendis & controversiis dirimendis sunt præpositi, videant, quid faciant, ne donis ac largitionibus corruptantur, in memoriam revocantes, quod non hominis sed Dei Domini omnipotentis exerceant judicium, & quodcunque judicaverint, in eos redundet: Sit timor Domini cum illis, ut cum diligentia & summa æquitate cuncta faciant, non enim est iniquitas apud Dominum Deum nostrum, nec personarum acceptio, nec cupiditas numerum c. in judiciis 12. de R. J. in sexto c. novit. 13. post med. extra de judiciis arg. c. statutum 12. §. insuper de rescript. in sexto, judicent judices juste citra ullum personarum respectum æque parvum ac magnum audiant, non metuant à quoquam quia Dei est judicium Deuter. cap. 1. v. 16. & 17. & cap. 16. v. 19. non considerent personam pauperis, neque honorent vultum potentis, sed juste proximo judicent Lev. 18. v. 15. qui enim condemnat justum & impium justificat, abominabilis est apud Dominum Proverb. c. 17. v. 15. caveant sibi in officio publico constituti, si tam juris civilis quam Canonici & statutarii poenitentiæ moveri nolint, nevæ & poena, quam Jehova iis, qui se sordibus corrupti patientur, ut propter munera, bonum, malum, & malum bonum pronuntient Jesaia c. 5. v. 24. exclamavit, dum dicit idcirco ut absunit stipulam lingua ignis, & torridum gramen flamma deficit, radici istorum quasi tabes inerit & flos istorum ut pulvinulus abibit & caus. II. quest. 33. can. 59. propterea dilatavit infernus animam suam absque ullo termino & descenderunt fortis ejus & populus ejus & sublimes gloriosique ad eum: Incurvabitur homo & humilitabitur vir & oculi sublimium depri-

deprimentur: Exaltabitur Dominus Exercitum in Judicio, & Deus Sanctus sanctificabitur in justitia, in quo iudicio aliis testis, quam conscientia ejus, qui male judicavit, non erit caus. II. q. 3. can. 54. inde quoque mirum non est, si sordidus istorum quæstus sæpisime, quod docent exempla quotidiana, ad tertium non transeat heredem, sed ignis eorum, qui libenter munera recipiunt, tabernacula devoret, sicut aqua labefiunt & indefinenter abeunt Psalmo 58. v. 8. Nam male parta male dilabuntur & de male quæsitis non gaudet tertius heres, quod confirmatur a propheta Hamos cap. 5. vers. 11. & 12. dicens quoniam vos calcastis tenuem & frumentum ab eo accepistis, domos quidem cæso lapide ædificastis, sed non habitabitis in eis, vineas amænissimas plantastis, sed non bibetis vinum eorum, quia novi multas defectiones vestas, & ingentia peccata vestra, constingentes justum & accipientes premium redemptorium (Blut-Geld) uti in germanico textu legitur, ut pauper in foro dejiciatur, quo enim iudicio iudicatis, eo judicabimini, & qua mensura metimini, eadem & contra metietur vobis Matth. c. 7. vers. 2. Mart. c. 4. vers. 24. Luc. c. 6. vers. 38. caveat ergo sibi quivis, cui illa potestas a domino data est, & virtus ab altissimo, Dominus enim inquiet in actiones vestras, consiliaq; vestra perscrutabitur, & vobis qui estis regni ipsius ministri, nec recte iudicatis neq; legem justitiae servastis, neq; consilium Dei secuti estis, horribiliter superveniet, & repente, & celeriter instabit in vos, nam iudicium severum exercebit in eos, qui præsunt Sapient. lib. cap. 6. vers. 2. 3. 4. 5. & 6. Psalmo 83. vers. 2. 3. & 4. quo usque iudicabis inique & personam improborum suscipietis (iudicate secundum tenuem & pupillum, pronunciate afflictum & pauperem justum, eripite tenuem, & in opem

Opem de manu impiorum liberate, quærite bonum, non malum, ut vivatis, aderitque itaque Jehova Deus Exercituum vobis *Hamos cap. 5. ver. 14.* quapropter quilibet, qui tribunal justitiae conscendit, qui aliquod negotium seu officium publicum gerendum suscipit, studeat, ut ita judicet, ita officium susceptum administret, sicut se à supremo omnium judicum in extremo die in extremo judicio judicare exoptat, ut cum Samuele populare in testem vocare & dicere possit: Ecce præsto sum, testificamini contra me coram Jehova & coram uncto ejus, utrum cujusquam bovem acceperim, aut asinum, aut quem fraudaverim, aut quem concusserim, aut ex alicujus manu redemptionis pretium acceperim, ut abderem oculos meos propter illud, cui populus dixit, non fraudasti nos, neque concusisti nos, nec quicquam accepisti e manu ullius *lib. 1. Samuel. 12. mibi vers. 5. &c. 6.* Hinc scriptura econtra beatum pronuntiat illum, qui ambulat integre in viis justitiae & loquitur veritatem ex animo suo *Psalm 15. vers. 2. &c.* qui abhorret ab emolumento, quod per vim atque calumniam extorquetur, manus suas excutiens ne munera contrectent, spernesque lucrum ex fraudibus. *Jesaiæ 33. vers. 15.* hoc ergo est tutum & integrum, ut quilibet excutiat manus, nemini minus contrectent, servet quivis libertatem, ut non servitio pecuniæ, sed amore & libertate justitiae judicet & patrocinium præstet: Tibi vero Regi immortali, soli DEO sapienti, omnium judicii justissimo sit laus, honor, imperium sempiternum & gloria in secula seculorum.

F I N I S.



whereas the two nations have agreed to a mutual alliance, to defend each other against any foreign power, and to assist each other in case of internal rebellion or insurrection; now therefore we the undersigned, having been appointed by the respective governments to conclude a treaty of alliance between the United States and the Mexican Republic, do agree and consent to the following articles:

Article I. The United States and Mexico shall remain at war against the British Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article II. The United States and Mexico shall remain at war against the French Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article III. The United States and Mexico shall remain at war against the Spanish Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article IV. The United States and Mexico shall remain at war against the Russian Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article V. The United States and Mexico shall remain at war against the German Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article VI. The United States and Mexico shall remain at war against the Italian Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article VII. The United States and Mexico shall remain at war against the Austrian Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article VIII. The United States and Mexico shall remain at war against the Ottoman Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article IX. The United States and Mexico shall remain at war against the Portuguese Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article X. The United States and Mexico shall remain at war against the Danish Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article XI. The United States and Mexico shall remain at war against the Greek Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article XII. The United States and Mexico shall remain at war against the Polish Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article XIII. The United States and Mexico shall remain at war against the Ottoman Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article XIV. The United States and Mexico shall remain at war against the Hungarian Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

Article XV. The United States and Mexico shall remain at war against the Bulgarian Empire until the友邦國們的主權和獨立得到恢復。

IN WITNESS WHEREOF,

WE HAVE SIGNED THIS TREATY,

AT THE CITY OF MEXICO,

ON THE TWENTY-THREE DAY OF NOVEMBER,

IN THE YEAR OF OUR LORD ONE THOUSAND EIGHT HUNDRED AND EIGHTEEN.

IN FAITH WHEREOF,

WE HAVE SIGNED THIS TREATY,

AT THE CITY OF WASHINGTON,

ON THE TWENTY-THREE DAY OF NOVEMBER,

IN THE YEAR OF OUR LORD ONE THOUSAND EIGHT HUNDRED AND EIGHTEEN.